

MsA
335

w

Be.

L. G. p.

02

29

LESSVS FERALIS,
 QVO
 SENI VENERABILI,
 VIRO
 PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
 DOCTISSIMO
IO. SALOMONI
HENCKELIO,

GYMNASII, QVOD MERSEBVRGI EST, RECTORI
 LONGE MERITISSIMO,
 POST GRAVISSIMVM MORBVM
 EX INFELICI LAPSV CONTRACTVM,
 DIVINO NVTV,
 EXANTLATIS LABORIBVS SCHOLASTICIS,
 IPSIS CALENDIS NOV. dōbcccxxxi.
 VITAE ANNIS LXVII. HEBDOMAD. VI. DIEB. VI.

CVM LAVDE EXACTIS,

E MORTALIVM COETV
 AD BEATARVM IN COELIS ANIMARVM SEDES
 PLACIDA MORTE EVOCATO,
 INGENVI ET AMORIS ET DOLORIS
 MONIMENTVM
 CONDVNT,
 EIVSDEM GYMNASII
 PRAECEPTORES ET COLLEGAE.

LIPSIAE
 LITERIS BREITKOPFFIANIS.

Ak





Buſta querar? fera fata querar, triplicesque ſorores?
An potius venerer iuſſa ſuprema DEI?
HENCKELIVM cecidiſſe pium, quis neſciat, cheu!
Gymnaſii noſtri qui Palinurus erat?
Reſtor obit; *Collega* fugit; *decedit Amicus*,
Cui vix inuenias dexteritate parem.

Edunt Aonides ferali carmine leſſum;

Deplorant carum conſpicuumque *Caput*

Nos *Socerum* fidum deſlemus, Patris ad inſtar

Pectora noſtra proba quem coluere fide.

Pungit atrox vulnus; ſentimus tela doloris,

Atque genas madidas deſſua gutta rigat.

Vxor, *Nata*, trias *Fratrum*, binaeque *Sorores*,

Sunt Comites luſtus, ſunt genitusque duces.

Pro! *Venerande Senex*! Tecum vixiſſe iuuabat

Annos per longos; dulce leuamen eras.

Hem! quae nos ſemper iunxit concordia concors!

Quod pignus ludis rarius eſſe ſolet.

Ambitio trahit hunc, trahit illum ſaepe petulcum

Virus auaritia; quod mala mille parit.

Hae noſtrum furiae nunquam preſſere Lyceum:

Hic aberant lites, paxque leuabat onus.

O vtinam! nondum rupiſſet foedera tanta

Mortis, quae fleſti neſcia, tetra manus.

Sed ſileant planctus, taceant lacrymoſa labella!

Sic ſtatuit ſummus, ſic voluitque DEVS.

Sancta voluntatis diuinae limina nullus

Transgreditur: vitae terminus iſte fuit.

Pes titubans lapſumque ciens, properabat ad ipſam

Metam, quo viuat, ſitque ruina ſalus.

Post exantlatos multo ſudore labores

Ad placidas fedes Mens pia fleſcit iter.

Nos

Nos atrum velat dum peplum, gaudia coeli
Tu, *Pater*, aetherei iam sine fine capis.
Vina tenet lassum corpus, mulcetque quiete,
Quam, tot cincta malis, turbida terra negat.
Exutus curis nunc spiritus inter ouantes
Caelituum coetus iubila laeta canit.
Pectore sub memori semper tua nomina clarent,
Et meritis semper laus manet alta tuis.
Dum *Pietas*, dum fides *Amor*, dum prisca *Fidesque*
Splendent, HENCKELII splendet et amplus Honos.

M. Balthasar Hoffmannus,

Gymnas. Con-Rector.

Salsis a lacrymis oculus sibi temperat aegre,
Cum mentem subeant, tristia fata scholae.
Ora riga lacrymis, *schola*, passos velle capillos,
Confugiumque tuum praesidiumque iacet.
HENCKELIUS, nostri decus immortale Lycei,
Occidit! interit dux gregis ipse sui!
Quem vincum tenuit corpus, morbusque molestus
Et titubans aeras, spiritus astra petit.
En *Ollus* datus est leto! proh! cana senectus,
Cana fides, quo Te, quo fera fata trahunt?
Si Tua *Rectoris* praekoniam texere velle,
Optarem centum labra facunda mihi.
Cor niue candidius, mentemque gerebas apertam,
Sinceros animos inuidiaeque rudes.
Comis eras, Vir mitis eras, sermone facetus,
Accessu facilis, felle minace carens.
Imperii nutu nostri frenare tirones,
Si quando voluit luxuriare cohors.
Sed dicant alii, dicat studiosa iuventus,
Qui fueris, dicat docta corona Virum.
Ergo subis coelum, nitidum diadema capeffis,
Fido quod seruo destinat ipse Deus.
Euge! subis coelum, laetusque relinquis arenam,
Quae Tibi sudata est nocte dieque diu.
Victor ovas, ornantque Tuum iamserta triumphum,
Serta per aeternos non peritura dies.
Maxima Defuncti laus et post fata manebit,
Musa dabit vitam, perpetuumque decus.
Nec semper pluuiis coelum subtexitur vmbri,
Clara solet pulsus nubibus ire dies.

En *adflita* Domus, quae diffusis undique fletu,
Feralique caput sindone prona tegis
Post querulos luctus et post lamenta Tuorum
Sors melior recreat Te, *Veneranda Domus*.

M. Io. Christianus Kupferus,

Gymnasii Collega tertius.

Mors sua quemque manet: sed mortis dirigit atrae
Omne genus, subito tempus abire iubens.
Alter enim vitam perduris casibus actus
Consummauit, eam perdidit alter aquis.
Hocceine producat fatorum ferreus ordo,
An sint a superis praestabilita mala?
Ast ita corrueret diuina scientia rerum,
Quae iubet, vt caute viuere discat homo.
Sic iret pessum Diuorum oratio iusta,
Nec foret hoc verum: velle suum cuique est.
Non Deus interea est Parcarum carcere clausus,
Qualis habebatur Stoicus ille Deus.
Dirigit hic gressus hominum; quae forte videntur
A coeca fieri, flectit ad omne bonum.
Quid nocuisse potest ideo damnosa ruina
Henkelio celebri: Mens solidata fide
In Christum cuius, mansit ceu firma columna:
Mortuus hinc Domino est; molliter ossa cubant.

M. Augustus Fridericus Graun,

Collega Gymnasii quartus.

Quocunq; adspicio nihil est nisi tristis imago;
In promptu causa est: Occidit HENCKELIVS,
Dimidium cordis plorat moestissima *Coniux*;
Nata dolet lugens, ac dolet ipse *Gener*.
Afficit hic casus quoque tristis vtramque *Sororem*
Et querulo *Fratrum* corda dolore quatit.
Rektoris mortem lacrymatur quisque docentum;
Nec non discentum pectora cuncta dolent.
Montibus Aonidum quoniam discessit Apollo,
Stant Martisburgi tristitia tecta scholae.
Verum quid profunt lacrymae, quid luctus et angor?
HENCKELII nostri molliter ossa cubant.

Spiritus

Spiritus et fruitur coelestium forte beata,
Quae superat multum splendida cuncta soli.
Quid? contemplati praesentia tempora nostra
Horremus merito, dum mala multa ferunt.
Omnia vertuntur sursum rursusque deorsum,
Et friget pietas, exulat ipsa fides.
Quid? patriam terrent rigidi certamina Martis,
Et manet in nullo pax veneranda loco,
Quare forte *Tua* gaude, quia tristia fata,
Diue HENCKELIADES, nil *Tibi* porro nocent.
Sisyphius labor est superatus, et ossa quiescunt;
Antiquae fidei laus *Tibi* semper erit.
Praemia digna capis. *Tibi* quae mors furda negavit,
Haec *Genero* virtus conferet alma Dei.

Ioannes Paulus Kunadus,

Gymn. Coll. V.

So ist, Wohlseeliger, Dein Feyer-Abend kommen,
Und Deine schwere Last in Deiner Schule aus.
Du hast nun Deinen Lohn von Gottes Hand genommen;
Darum verlässest Du auch unser Muesen-Haus.
War das Gymnasium Dir bey uns anvertrauet,
So hast Du Dich darbey recht redlich aufgeführt:
Du hast durch Deinen Fleiß an Schulen so gebauet,
Dass man zu Deinem Ruhm es überall verspürt.

Johann Hockendorf,

Colleg. VI.

Magnus Alexander, gentili sanguine cretus,
In Praeceptorem sat pius visque fuit.
Sic ego Christiades Temet, *Clarissime Rector*,
Praeceptorque, colo, qua pietate queo.
Essem, si possem, Tibi munera plura daturus,
Rectori Macedo quam dedit ille suo.
Ast o me miserum! turbant me signa cupressi,
Morte prius *Rector*, quam dederim quid, abit.
Inde Deus solus dat praemia iusta laborum,
Reddere quae possum post alios nec ego.

Splen-

Splendida coelestis dat ei redimicula vitae,
Templaque celsa poli cernere iussit eum.
O Te felicem! qui praemia tanta laborum,
Quae precor ipse *Tibi, Vir Venerande*, capis.

Io. Paul. Sanderus,

Gymnaf. Collab. superior.

Emoritur tandem *Noster Clarissimus Henckel*,
Vir pius et doctus, Vir probitate cluens;
Iudicio celebris, magnus Virtutis honore,
Maximus et meritis, caetera fama refert.
Hinc dolor et planctus, *Coniux* relicta reclamationat:
Ah decus, ah columen concidit omne meum!
Filia cum *Genero*, *Fratres* lugentque dolentque,
Atque suum raptum flet Schola grande Decus.
Ast ne ploretis, querulos deponite luctus,
Dormit et intrauit lucida tecta Poli.
Post varios casus Deus Ipsi haec otia fecit:
Hoc cape, mortalis, te quoque fata manent.
I praee *Fausse Senex*, mundo satur, et satur annis,
Et frueri aeterna prosperitate. Vale!

Ioannes Conradus Wagner,

Collab. inferior.



MSA 335

W 78

Rko.

Ms A
335



29

LESSVS FERALIS,
QVO
SENI VENERABILI,
VIRO
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
DOCTISSIMO
IO. SALOMONI
HENCKELIO,

GYMNASII, QVOD MERSEBVRGI EST, RECTORI
LONGE MERITISSIMO,

POST GRAVISSIMVM MORBVM

EX INFELICI LAPSV CONTRACTVM,
DIVINO NVTV,

EXANTLATIS LABORIBVS SCHOLASTICIS,
IPSI CALENDIS NOV. dcccxxxli.

VITAE ANNIS LXVII. HEBDOMAD. VI. DIEB. VI.

CVM LAVDE EXACTIS,

E MORTALIVM COETV

AD BEATARVM IN COELIS ANIMARVM SEDES
PLACIDA MORTE EVOCATO,

INGENVI ET AMORIS ET DOLORIS
MONIMENTVM

CONDVNT,

EIVSDEM GYMNASII
PRAECEPTORES ET COLLEGAE.

LIPSIAE

LITERIS BREITKOPFIANIS.

AN

